Destruxisti omnes sepes ejus sanctuarii, id est, permittes destrui corporea interfectione praelatos ecclesiae, munientes ipsam ecclesiam doctrina et exemplo suo . . . pones firmamentum ejus sanctuarii formidinem, id est causas formidinis . . . formidine destructionis praelatorum.[1])

Die Vermutung Bramleys, hier sei auf die Ermordung des Walter de Stapledon angespielt, wird hierdurch wohl zur Genüge als unbegründet erwiesen.

Nach dem bisher Gesagten darf man auch eine direkte Erwähnung des Königsmordes vom 21. September 1327 weder voraussetzen oder erwarten, noch auch aus dem Fehlen einer solchen etwas schliessen wollen auf die Abfassungszeit des Psalters. Der Versuch Bramleys, dieselbe festzustellen, ist somit als nicht gelungen zu bezeichnen.

Es ist wohl überhaupt nicht soviel Material vorhanden, um ein bestimmtes Jahr zu nennen. Die bezeichnendste und nach meiner Ansicht für die Zeitbestimmung wichtigste Aeusserung ist der Commentar zu Ps. 106, 40. Wahrlich, hier hat das Mitleid mit dem Unglück des Vaterlandes die Feder des Verfassers geführt! Hier hat Richard, allem Autoritätenglauben zum Trotz, eine eigene Erklärung untergelegt, entgegen der ausdrücklichen Vermahnung des Gregorius, dass die Stelle nur auf die Ketzer zu beziehen sei. Richard musste nämlich bei seiner Hauptquelle Petrus Lombardus, dem er fast auf Schritt und Tritt folgt, ohne Zweifel in der „collatio in psalmum CVI“ aus Gregorius citiert finden: Qui hoc loco alii duces intelligi vel principes possunt, nisi haereticae pravitatis auctores. De quibus per psalmum dicitur: Effusa u. s. w. Invenio tamen aliquot vetustos tractatores qui „contentionem“ olim legerunt et exposuerunt.

Es sollte „contemptus“, wie auch Augustinus hat, gelesen werden. Dass nun Richard trotz alledem eine andere Erklärung wählte, eine solche, die ihm jedenfalls viel näher lag, zeugt für die Wichtigkeit, die wie dieser Auslassung bei-

[1]) Brunonis Carthusiani expositio in psalmos ed. Petreius, Coloniae 1611 u. Migne Bd. CLII.

messen dürfen. Diese Stelle und die Anspielungen auf böse Fürsten, auf die Verderbtheit der Geistlichen sowie der Grossen des Landes sind die einzigen Anhaltepunkte für eine ungefähre Zeitbestimmung. Wenn man aber bedenkt, dass die Kirchenlehrer und Theologen von jeher gegen Lasterhaftigkeit und Reichtum geeifert haben, so wird man aus derlei Anspielungen bei Richard, obwohl sie häufiger, als bei den anderen und hier und da bestimmter sind, doch nicht allzuviel folgern wollen. Aus Ps. 106, 4 geht aber mit Sicherheit hervor, dass Krieg im Lande war, und die Worte „that now ledis their life in the filthe of syn“ weisen unzweideutig auf sehr arge Verhältnisse am Hofe hin. Es liegt nahe, in Ps. 106, 40 eine Anspielung auf den 1329 nach Robert Bruce's Tode sich erneuernden Krieg zwischen Schottland und England zu erblicken, und in den eben angeführten Worten und ähnlichen Stellen Hindeutungen auf die Misswirtschaft unter Eduard II. zu vermuten, auf sein Treiben mit unwürdigen Günstlingen, auf die Verschwörung seiner verbrecherischen Gemahlin Isabella und ihres Günstlings Mortimer gegen ihn, endlich auf seine grauenvolle Ermordung 1327. Richard wird seinen englischen Psalmencommentar etwa 1330 vollendet haben.

B. Die Handschriften.

Der englische Commentar des Einsiedlers von Hampole ist uns in 14 Handschriften überliefert, Bramley, Vorr. pag. XX—XXIV.

Ein genaues Verwandschaftsverhältnis der Handschriften herzustellen, ist nach den mitgeteilten kurzen Proben (Bramley, Vorr. pag. XVIII—XX) nicht möglich, dies bleibt demjenigen vorbehalten, der an Ort und Stelle eine eingehendere Prüfung vornehmen kann.

1. MS. Univ. Coll. LXIV (U).
2. MS. Coll. Sidney Sussex Cantab. *J* 5. 3. (S).
3. MS. Laud 286 (L).
4. MS. Tanner 1 (T).
5. MS. Laud 321 (L^1).
6. MS. Laud 448 (L^2).
7. MS. Bodl. 467 (B).
8. MS. Magd. Coll. 52 (M).
9. MS. Univ. Coll. LVI (U^2).
10. MS. Bodl. 953 (B^1).
11. MS. Bodl. 877 (B^2).
12. MS. Bodl. 288 (B^3).
13. MS. Newcastle (N).
14. MS. Tanner 16 (T^1).

Aus den mitgeteilten Proben lässt sich folgendes ersehen: Die 14 hss. teilen sich in 2 Gruppen, eine interpolierte kleinere Gruppe B^2, B^3, T^1 (Y), und eine grössere nicht interpolierte Gruppe (X), zu welcher zunächst die 11 übrigen hss. zu rechnen sind. Die Gruppe Y ist von Ps. 80, 7 an, nur durch B^2 u. B^3 vertreten, da aber T^1 in dem erhaltenen Teile ebenso wie B^2 und B^3 interpoliert ist, so darf man es mit Sicherheit zu der Gruppe Y stellen. Die Proben sind den Erklärungen zu Ps. 39, 16 u. 90, 13 entnommen.

Lesarten von Y, die in X fehlen, sind:

1. myn owen, 2. as clerkes seyn, 3. in the eyr, 4. his stynging is wounde incurable in what thing the stingeth. (1. aus Ps. 39, 16; 2, 3 u. 4 aus 90, 13).

An drei Stellen finden sich sodann mehr oder weniger bedeutende Abweichungen.

1. Ps. 39, 16: For synnes of myself and othere mennys to the which I am evere redy to assente, assailith me eche tyme (of this tyme) of this (my) lijf (Y).

For na man may wit hou many vices ere that men ere tangild with (X).

2. Ps. 90, 13: The snake (werpith or) leith an ey and the tode norishith the egge (Y).

The snake werpis (leith) and the tade norishis the eg. (X).

3. ebenda: fleynge aboven him (Y) that fleghis aboven him (X).

Innerhalb der nicht interpolierten Gruppe X scheiden sich leicht mehrere kleinere Handschriftengruppen auf Grund gemeinschaftlicher Lesarten aus.

a. Gruppe Z (L^2 U^2). Die beiden hss. dieser Gruppe haben zunächst eine verderbte Lesart: his stynkyng smell sleeth serpentis that folowen and flien aboven him.

Ferner:

1. the egges (Z); the eg (die übrigen).
2. he has in his heed (Z); is in his (the, N.) heued (die übr.)
3. bred (Z); broght (forth) (die übr.)
4. to make (Z); that makes (die übr.)
5. sleeth (Z); slees him (die übr.)

b. Handschrift B hat dieselbe Stelle wie Z verderbt, nur ist sie in B noch mehr entstellt: hys stynkand smell slase serpents hys fologhys that fleghis abouen him. Sodann hat B das vereinzelte snaryd und thou thou salle gaa.

c. Gruppe W. (T L^1 M) scheidet sich von den übrigen hss. durch vier Lesarten: 1. bewrapped; 2. no man wythe may; 3 that he hadde; 4. for umgifen han me.

d. Handschrift B^1 weicht von den noch übrigen 5 hss. am meisten ab. In U S L N haben wir die besten und ältesten hss. Von diesen zeigen U u. N am meisten den ursprünglichen Dialekt des Werkes, denjenigen von Yorkshire, die Sprache Richards. Dafür zeugen die Formen na, ga, tade, sal, stynkand, lifand u. s. w. Nördliche Wörter: illes, whilke, ande. Diesen nahe steht die Handschrift L, doch treten

hier schon südliche Formen auf: go, mony, tode, shal, no, onde. Die Handschrift S endlich zeigt schon südliche Flexion: [thai] hathe. Dazu Wörter wie whiche und euels.

Diese 4 Hss., besonders U S N sind auch die zuverlässigsten. U u. S gehen sehr oft zusammen, wofür fast auf jeder Seite des Buches Beweise. Dass alle Hss. Fehler enthalten, so dass jedenfalls die Urhandschrift in keiner der bis jetzt bekannten Hss. vorliegt, denke ich unter D, „Bemerkungen zum Texte", darzuthun.

C. Die Quellen von Richards Psalmen.

Der Commentar macht keinen Anspruch darauf, als eigenes Erzeugnis Richards von Hampole betrachtet zu werden. Er folgt, wie wir in der Vorrede lesen „haly doctours". Der Verfasser führt folgende Quellen an: Augustinus, Aquila[1]), Hrabanus, Cassiodorius, Remigius, Strabus und „die Glosse". (Bramley, Vorr. p. XVI). Trotzdem ergab meine Untersuchung, dass der englische Commentar keine direkte Compilation aus den Kirchenvätern ist, sondern mit einigen Auslassungen und Zusätzen sich als eine Uebersetzung von Petri Lombardi „commentarium in psalmos"[2]) erweist. Dass sich dieser Name auch nicht ein einziges Mal in dem ganzen Werke findet, dass Richard vielmehr bemüht ist, seine Leser glauben zu machen, er habe die Kirchenväter benutzt — was ja allerdings hier und da geschehen ist — scheint mir ganz klar zu beweisen, dass er nicht wagte, seine wahre Quelle zu nennen. Ich habe in den sämtlichen Schriften des Einsiedlers den eigentlichen Gewährsmann nur einmal erwähnt gefunden, nämlich im lateinischen Commentar zu Ps. 118, 11: haec secundum glosam Lumbardi.

Dies merkwürdige Verhalten Richards darf man wohl mit Recht als eine litterarische Unredlichkeit tadeln. Doch es

---

[1]) Aquila, (Ἀκύλας), heidnischer Grieche des zweiten Jahrhunderts, der zum Christentum und dann zum Judentum übertrat und eine wegen ihrer Treue und Wörtlichkeit bekannte griechische Uebersetzung des a. T. anfertigte. Er wird oft bei Hieronymus angeführt, später bei Petrus Lombardus, und durch diesen hatte Richard Kunde von ihm, wie wir unten sehen werden. (Vgl. Realencyclopädie für protest. Theol. II 438).

[2]) Patrologia latina ed. Migne Bd. CXCI.

ist nichtsdestoweniger erklärlich. Ich habe unter A erwähnt, wie sehr man es übel nahm, wenn jemand aus dem Augustinus nicht in erster Linie compilierte. Richard zog deshalb auch vor, diesen statt seines eigentlichen Gewährsmannes an erster Stelle als Quelle zu nennen, obwohl auch der magister sententiarum sich eines fast canonischen Ansehens zu erfreuen hatte. Vor Entdeckung schützte ihn einigermaassen der Umstand, dass der von ihm benutzte Commentar ein getreuer Auszug aus den Kirchenvätern ist, besonders aus Augustinus, Cassiodorius, Alcuinus, Ambrosius, Hieronymus, Remigius; auch Haymo Halberstatensis, Beda, Gregorius, Isidorus und die glossa interlinealis des Anselmus Laudunensis sind benutzt.

Petrus Lombardus (vgl. Migne, Patrologia latina Bd. CXIC, Vorr. Spalte 11, 12 u. 13) geboren im Gebiete der Stadt Novara in der Lombardei, aus armer Familie, hatte das Glück, einen hohen Gönner zu finden, der ihn zu Bologna studieren liess. Mit Empfehlungsbriefen des Bischofs von Lucca ging er nach Frankreich. In Paris erhielt er einen theologischen Lehrstuhl. Nach Jahren ernsten Fleisses ward er, mit reichen Anlagen begabt, zum Lohne für die Dienste, die er der Kirche durch seine Schriften geleistet hatte, Bischof von Paris. Aber schon im nächsten Jahre durch Maurice de Sully ersetzt, starb er 1164.

Der hohe Grad der Vollendung der Werke des Petrus Lombardus veranlasste, dass man ihn als Meister betrachtete, seinen Weg verliess, und ihn einfach abschrieb. Während er nämlich das Beste aus den Schriften von Kirchenschriftstellern alter und neuer Zeit gesammelt hatte, erachtete man nach ihm ein Zurückgehen auf die Kirchenväter für unnöthig und machte sich die Arbeit leichter. So auch Richard.

Petrus Lombardus war einer der hervorragendsten scholastischen Philosophen, seine Auslegung war, wie üblich, die mystische. Wendungen wie „mystice quoque potest accipi hoc“ kommen oft bei ihm, wie auch bei Richard vor.

An zwei Stellen wird „the glose“ citiert, Ps. 26, 11 und 41, 5. Hier scheint beidemal der Commentar des Petrus Lombardus gemeint zu sein, ich finde wenigstens nirgends eine besser stimmende Quelle. Zu Ps. 26, 11 heisst es: Psalmum dicam, id est, opus manifestabo.

Ps. 41, 5: Ego dico, existens in voce exsultationis et confessionis sonus epulantis, id est, captus suavitate laudis angelicae quae suscipitur mente.

Was nun die übrigen Quellencitate bei Richard anlangt, so ergiebt hier eine Prüfung ein überraschendes Ergebnis. Ich habe nämlich die betreffenden Stellen bei den dort an-

geführten Verfassern verglichen, habe aber bei ihnen nirgends Erklärungen finden können, wie sie ihnen Richard unterlegt. Grade hier giebt nun auch die Hauptquelle Petrus Lombardus meistens keine Aufklärung. Das Citat aus Augustinus Ps. 1, 1 findet sich bei diesem am angeführten Orte nicht. Ebensowenig bei Petrus Lombardus. Aquila wird Ps. 40, 14 angeführt; diese Stelle ist fast wörtlich aus Petrus Lombardus genommen: Pro „fiat, fiat“ in hebraeo scribitur „amen, amen“, quod Aquila „vere“ id est „fideliter“ transtulit.

Hrabanus und Cassiodorius werden Ps. 101, 7 citiert. Hrabanus Maurus spricht hier über drei Arten von Menschen. Richard sagt auch „thre maner of men“ spricht dann aber wie Cassiodorius nur von zwei Arten. Ueberdies wird in diesem Psalmverse garnicht von drei Vogelarten gesprochen. Hier muss also eine Unaufmerksamkeit auf Seiten des Verfassers vorliegen. Es ist nicht unwahrscheinlich, dass Richard hier einen Commentar benutzt hat, der sowohl aus Hrabanus Maurus wie aus Cassiodorius schöpfte. Zu Ps. 146, 10 wird Remigius als Quelle genannt. Bei diesem lautet die Stelle aber ganz anders. Es muss unserem Verfasser also eine Quelle vorgelegen haben, die er fälschlich für Remigius hielt, oder die sich unrichtiger Weise auf diesen berief. Die Erklärung stammt in Wahrheit aus Cassiodorius, dessen weitläufigem Commentare so manches Naturwissenschaftliche bei den späteren Erklärern entstammt. Ebenso verhält es sich mit der Berufung auf Strabus, Ps. 148, 4. Der Psalmencommentar des Walahfrid Strabo ist an dieser Stelle nicht benutzt, obwohl Richard diesen gewiss gekannt und hier und da benutzt hat, wie sich unten zeigen wird.

Will man nun den Einsiedler nicht absichtlicher Irreführung anklagen, so muss man annehmen, dass er neben dem Petrus Lombardus noch einen aus sehr vielen Schriftstellern kompilierten namenlosen Commentar an einigen Stellen benutzte. Aus diesem müssten dann die mancherlei Versehen bei der Quellenangabe gekommen sein.

Petrus Lombardus reicht fast überall aus, und das Wenige, was von ihm abweicht, ist entweder Eigenes von Richard, oder hier und da den Schriften anderer Kirchenlehrer entnommen. Hin und wieder hat Richard auch den Augustinus, Cassiodorius, Remigius, Rufinus, Beda und einige spätere Commentare nachgeschlagen.

Um ein Bild davon zu geben, wie Richard seine Quelle benutzt, greife ich einige Psalmen heraus und teile die Quellen zu denselben mit. Auch werde ich die Quellen zu wichtigeren einzelnen Versen angeben.

Die Vorrede zum Psalter enthält bei den nachaugustinischen Auslegern im Wesentlichen dieselben Punkte. Ich gebrauche folgende Abkürzungen:

Aug. = Augustinus[1])
Cass. = Cassiodorius[2])
P. L. = Petrus Lombardus.

Die Vorrede.

Canticum psalmorum animas decorat, invitat angelos in adjutorium, effugat daemones, expellit tenebras, efficit sanctitatem. Homini peccatori refectio mentis est, delet peccata, simile est eleemosynis sanctorum, parit fidem, sicut sol illuminat, deum ostendit, diabolum offendit, voluntatem illicitam extinguit. Oleum misericordiae est, sors laetitiae, pars angelorum electa, asperitatem lenit, omnem furorem deprimit, iracundiam frangit; laus dei assidua, simile est melli. Canticum psalmorum carmen electum apud deum. Omne peccatum expellit, vinculum charitatis commendat . . . . Sensum aperit, omne malum occidit, perfectionem instruit, excelsa demonstrat, desiderium regni coelestis dat, pacem inter corpus et animam facit. Ignem spiritalem in corde succendit, omnium vitiorum solicitudinem tollit. Aug. Dicta S. Augustini quot sint virtutes psalmorum.

Vere coruscus liber, sermo lampabilis, cura fauciati cordis, favus interioris hominis, pinax spiritualium personarum, occultatum lingua virtutum que inclinat superbos, humiliatis reges pauperibus subdit, affabilitate parvulos nutrit. Tanta enim illic est pulchritudo sensuum et stillantium medicina verborum, ut merito hic illud Salomonis aptetur, quod dixit in cantico canticorum: „Hortus conclusus et fons signatus paradisus plenus omnium pomorum.“ Modo enim quidam psalmorum salutari institutione formati, turbidos et tempestuosos animos declinant in limpidam et tranquillissimam vitam: modo promittentes deum propter salutem credentium visualiter humanandum et ad judicandum orbem esse venturum: modo commonent lacrymis peccata diluere. Cantus qui aures oblectat et animas instruit fit vox una psallentium et cum angelis dei, quos audire non possumus, laudum verba miscemus per illum, scilicet, qui venit ex semine David . . . . . [ut] merito se a vera vita credat alienum quisquis hujus muneris jucunditate non fruitur . . . . Dulcedo mirabilis quae saeculi corruptionibus non

---

[1]) S. Augustini Hipponensis enarrationes in psalmos, ed. Bened. e congregatione S. Mauri Venetiis 1730 Bd. 4.

[2]) Cassiodorii Senatoris expositio in psalmos, ed. Garetius, Rothomagi 1679.

acescit: sed in sua permanens dignitate, gratia semper purissimae suavitatis augetur. **Cass.**

Dicitur quoque psalterium; quod nomen accepit a quodam musico instrumento quod hebraice nablum, graece psalterium, a graeco *ψάλλειν*, quod est tangere. Latine organum dicitur, quod est decachordum et a superiori reddit sonum per manuum tactum. Liber iste docet observantiam decem mandatorum . . . docet bene operari, non pro terrenis, sed pro coelestibus, quae sursum sunt. **P. L.**

Item per tres quinquagenas triplex fit psalmorum distinctio propter tres status christianae religionis significandos: primus poenitentiae, in qua et prima psalmorum quinquagena terminatur, scilicet: „miserere mei, deus“, secundus justitiae, in qua et secunda quinquagena: „misericordiam et judicium cantabo tibi“, tertius status vitae aeternae, in cujus laudem tertia quinquagena finitur, scilicet: „omnis spiritus laudet dominum“. **Walahfrid Strabo.**[1])

Notandum quoque hanc scripturam plus caeteris in ecclesiasticis frequentari officiis, quod ideo fit, quia in hoc libro consummatio est totius theologicae paginae. Hic enim describuntur praemia bonorum, supplicia malorum, rudimenta incipientium, progressus proficientium, perfectio pervenientium, vita activorum, speculatio contemplativorum. Hic etiam docetur quid peccatum auferat, quid poenitentia restituat . . . **P. L.**

Hymnus est laus dei cum cantico. Canticum est exsultatio mentis habita de aeternis in vocem prorumpens. Bene ergo dicitur liber iste hymnorum, quia docet nos laudare deum cum exsultatione habita de aeternis, et hoc non tantummodo corde, verum etiam voce. **P. L.**

Materia itaque hujus libri est totus Christus, scilicet, sponsus et sponsa. Intentio, homines in Adam deformatos, Christo novo homini conformare. Modus tractandi talis est: Quandoque agit de Christo secundum caput, aliquando secundum corpus, aliquando secundum utrumque. De Christo autem agit secundum caput tribus modis. Quandoque secundum divinitatem, aliquando secundum humanitatem . . . Item de ecclesia tribus modis: aliquando secundum perfectos, aliquando secundum imperfectos, interdum secundum malos, qui sunt in ecclesia corpore, non mente, nomine, non numine. **P. L.**

In dem Schlusse von „in this werke i seke na straunge ynglis“ bis zu Ende erkennt man leicht die Gedanken eines Autors, der dem Volke ein Erbauungsbuch in nicht lateinischer Sprache geschrieben hat. Vgl. Pricke of Conscience 336—339.

---

[1]) Glossa ordinaria, liber psalmorum, Migne Bd. CXIII.

Psalm X.

1. Loquitur autem hic psalmus contra haereticos . . . praevidens quosdam pestilentes viros se solos justos et veros Christi cultores affirmantes . . . dicentes se in monte, in eminentia virtutum esse . . . Cum talia dicitis, reputatis, quod anima mea sit inconstans et instabilis sicut passer. **Beda.**[1])

2. Nam sicut iste habet sagittas in pharetra, ita iste gestat in corde verba venenosa. **Cass.** „In pharetra" id est, in occulto cordis sui ad hoc „ut sagittent" id est, in occulto decipiant „rectos corde", id est, bonos incautos non providos. **Beda.**

Sciunt haec tempora decipiendis infirmis accommoda. **P. L.**

3. „Quoniam ea, quae perfecisti" id est, laudem, quam ex ore infantium perfecit deus, destruxerunt . . . ubi parvulos, qui erant lacte nutriendi, fidei vanis et scrupulosis quaestionibus sagittant et venenis pravorum dogmatum necant. **P. L.**

Justus autem, quid fecit? Quasi dicat: numquid Christum in hoc imitamini. **Remigius.**

4. In caelo est sedes ejus; id est, eos, quos facit templum, facit et coelum, id est arcana secreta . . . „in templo sancto suo" id est, in fidelibus . . . in sanctis est sedes ejus. **P. L.**

5. „Oculi ejus" id est misericordia; respiciunt in pauperem, per quod fit coelum. **P. L.**

Et ista in sanctis libris crebra opertio atque adapertio tamquam palpebrae sunt dei, quae interrogant, id est, quae probant filios hominum, qui neque fatigantur rerum obscuritate sed exercentur. **Aug.**

6. „Dominus interrogat" id est, per tribulationes . . . . justum et impium, quia dominus solus de conscientiis utriusque judicat . . . interrogando autem hoc invenit, quod ille, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Nemo vero sine peccato vivit. Ille vero diligit iniquitatem, qui ex desiderio et affectu peccat, qui etsi semper viveret, semper peccare vellet. **P. L.**

7. „Ignis", scilicet cupiditatis, et „sulphur" id est, foetor malorum operum, „et spiritus procellarum" id est, tumultuosa mens. Spiritus procellarum qui erit in futuro, id est, ultima illa separatio a justis, sunt „pars calicis", id est, poena eorum. Ideo poenas eorum calicem dicit, quia et poenae eorum sunt, secundum modum et mensuram meritorum. Et notatur hic ordo poenarum, quas patiuntur iniqui. Primo enim igne cupiditatis vastantur, inde malorum operum foetore abjiciuntur a sanctis, inde merguntur aeternis poenis . . . Hos laqueos pluit dominus de falsis prophetis. **P. L.**

---

[1]) Bedae Venerabilis expositio in psalmos ed. Coloniae 1688.

8. Quasi dicat: haec praedicta reddet bonis et malis; et quare hoc faciet? Quoniam dominus est justus et justitias, id est, justos, dilexit pluraliter, dixit „justitias“, ut justos accipias, in quibus multae sunt justitiae, cum una sit dei, qua omnes participant. Et aequitatem vidit vultus ejus. Vel facies ejus, id est, aequitas visa est in facie, id est, in notitia ejus. Facies enim ejus est notitia ejus, id est, potentia, qua dignis innotescit. Vel vultus ejus vidit aequitatem, secundum utramque partem, scilicet bonorum et malorum, quia non se dat noscendum malis, sed bonis, quod est aequitas. P. L.

Psalm XVIII.

1. Psalmus iste agit de primo adventu Christi, per quem tyrannus diabolus cadit et homo a peccato et a morte absolvitur. „Coeli enarrant“ id est, apostoli, in quibus tanquam in coelis deus habitat, enarrant gloriam dei, id est, exponunt gloriam Christi in qua est aequalis patri, et quod deus est, et quod peccata gratis dimittit. Vel, gloriam dei, id est, gloriam, qua ipse filius patrem glorificavit super terram; et „firmamentum“, id est, ipsi iidem apostoli firmati spiritu sancto, et coelum facti . . . annunciant opera manuum ejus, id est, facta virtutum domini. P. L.

2. „Dies diei“, id est, clari claris scilicet sancti sanctis „eructat“, quasi dicat, de pleno proferunt verbum . . . profert plenitudinem sapientiae. P. L.

„Nox nocti“, hoc est . . . carnales carnalibus. Aug.

3. „Enarrant“. et hoc tam mirifice, quod non sunt loquelae, id est, linguae neque sermones, id est, genera dicendi, scilicet humile, mediocre, altum, quorum sermonum, id est, per quos sermones non audiantur voces eorum . . . apostolorum. Omnibus enim linguis primos doctores loqui fecit spiritus sanctus. P. L.

4. „In omnem terram“, id est, in omni parte ambitus terrae exivit sonus eorum, id est, fama apostolorum . . . etiam in angulis terrae exierunt verba eorum, eadem quae dixerunt. P. L.

5. Et quasi quis quaerat a propheta, quomodo haec facta sunt? respondet in sole, id est, in manifesto, non in occulto ut lateat . . . in labore, quia aestum laborum gratis sustinuit. Et ipse tanquam sponsus, quia a prophetis toties promissus, processit de thalamo, id est, de virginali utero, ubi deus humanae naturae, ut sponsus sponsae copulatus est. P. L.

6. „Exsultavit“, quia non invitus suscepit laborem ad currendam viam, non habitandam . . . ut gigas“, id est, sicut fortissimus, et omnes homines incomparabili virtute praecedens.

Bene ergo giganti comparatur, quia imperturbabilis, irrevocabilis humanam naturam potentia superans, a summo coelo . . . „egressio ejus“ . . . qua de patre natus est, qui in tempore factus est homo. P. L.

7. Ascendit . . . . usque ad summum notat, quia secundum quod deus est, patri aequalis est . . . non permisit ullum se excusare, quia et ipsam umbram penetravit et dissolvit calor verbi, id est amor . . . a quo nemo absconditur, quia ut deus omnium corda novit ut valeat arguere mundum de peccato. P. L.

8. „Immaculata“, vel irreprehensibilis, id est, per omnia est vera, et convertens animas . . . testimonium domini est fidele . . . praestans sapientiam de divinis parvulis, quia ea quae sapientibus abscondita sunt, per eum revelata sunt parvulis, id est humilibus, non superbis. P. L.

9. Justitiae domini sunt rectae, id est lex, quae justificat, quidquid praecipit, justum est . . . laetificantes corda, spe praemii aeterni. Et praeceptum domini lucidum. P. L.

10. Timor domini est sanctus . . . non puniri, sed separari timens . . . Ergo timor permanet in saeculum saeculi, quia fructus ejus permanet in aeternum . . . Et judicia domini vera, quia sive minatur, sive pollicetur, neminem fallit. Vel justificata in semet ipsa, quia non egent alterius auctoritate, ut firma habeantur, quam ipsius domini. P. L.

11. Judicia domini sunt desiderabilia supra omne id, quod appetitur pro divitiis, quae notantur in auro, vel pro potentia, quae notatur in lapide pretioso, vel pro voluptate quae notatur in melle et favo. Sunt desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, id est, super omnes pompas hujus saeculi, pro quibus aliquando judicia domini non desiderantur, sed timentur, vel contemnuntur. P. L.

12. Vere sunt dulcia! Etenim id est quia servus tuus custodit ea. Retributio multa . . . est in custodiendis illis, id est, in eo ipso quod custodiuntur . . . in hac vita. Retributio multa, quae quanta sit, nequit dici . . . in custodiendis illis in futuro reddetur praemium. P. L.

13. Quis enim intelligit delicta? Quasi dicat: nullus. Delicta mentem non sinunt videre . . . ideo, ut possim intelligere et te laudare, o domine, munda me ab occultis . . . ab alienis . . . munda, tollendo mihi malam cogitationem ex corde. Ab istis parce, repellendo suasorem. P. L.

14. Munda ab occultis, parce ab alienis, ita scilicet ne dominentur . . . et consentiendo fecit suum . . . emundabor a delicto maximo, id est a delicto superbiae . . . Superbia vero est initium et causa omnis peccati, qua qui caret, ille vere est immaculatus. P. L.

15. Eloquia oris mei erunt talia, ut complaceant in conspectu tuo, non hominum . . . . et meditatio cordis mei erit talis . . . . ut placeat in conspectu tuo. **P. L.**

16. Adjutor in bonis agendis, redemtor meus a malis. **P. L.**

Psalm XXXIX.

1. *Exspectans exspectavi,* id est, mitis et cum desiderio exspectavi assidue dominum qui salvare potest. Et intendit, non avertit se, sed *intendit mihi,* id est, ad utilitatem meam, scilicet, ut prodesset. **P. L.**

2. *Et exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriae* id est, de profundo carnalium concupiscentiarum; *de luto faecis* vel limi, id est, de malis operibus, quae pedes affectuum inquinant et retinent. **P. L.**

3. *Et statuit* ut jam ambulem proficiendo *supra petram,* id est, Christum, *pedes meos,* id est, sensus meos . . . *et direxit* ne retro aspicerem *gressus meos,* id est, operum meorum. **P. L.**

4. Statuit inquam pedes meorum et direxit gressus eorum et hoc modo immisit in os meum, id est, meorum, scilicet in os cordis et in os corporis canticum novum, quod est carmen, id est, laus deo. **Beda.**

. . . Ut novum canticum nemo nisi innovatus cantare praesumat. **P. L.**

5. Cantare novum canticum, id est, deum laudare . . . timebunt prave vivere. **Remigius.** [1])

6. Nomen dicit, quod est salvator. Et est sensus: Beatus est vir, cujus est spes nomen domini, id est, qui non temporalia sperat ab eo, sed illud quod ejus nomen indicat, scilicet salutem, id est, qui ipsum deum, non aliud ab eo sperat. **P. L.**

Et quia non respexit in insanias falsas, id est, ad ludos hujus saeculi, et ad spectacula theatri quae hominem insanum faciunt. **Remigius.**

Vel insaniae sunt in spectaculis fallacibus histrionum theatrorum et in aliis voluptatibus . . . von respexit insanias falsas quae sunt in voluptatibus saeculi hujus. **P. L.**

7. Majus ergo facis quam histrio. Ille enim didicit ambulare in fune, tu vero facis ambulare supra mare; et haec fecisti cogitationibus tuis, id est, tua sapientia . . . et non est, qui similis sit tibi. **P. L.**

8. Christus enim loquitur haec: . . . annuntiavi prius per prophetas et post locutus sum egomet et multiplicati sunt

[1]) Remigii episcopi in psalmos enarrationes, ed. Coloniae 1536.

mali super numerum salvandorum . . . Vel multiplicati sunt super numerum, id est, super hoc, quod aliquis numerare possit. **P. L.**

9. Sacrificium, quod de animalibus fiebat, et oblationem noluisti . . . Vel, aures perfecisti, id est, perfecte fecisti me intelligere, quid velles. **P. L.**

10. Proprie tamen holocaustum dicitur, quod totum comburebatur . . . . pro peccato non postulasti. Tunc dixi: ecce, statim venio. **P. L.**

Tempus est, ut veniant, quae promittebantur. **Aug.**

11. *Scriptum est,* id est, praefinitum est in capite libri, id est, apud deum patrem, qui est caput mei, dicit Christus, qui sum liber humani generis, in quo quisque legere debet, id est, qui sum forma justitiae hominibus . . . ut faciam voluntatem tuam, omnino obediens, me offerens et, o deus meus, ego volui istud . . . et legem tuam in medio, id est, in plenitudine cordis mei. **P. L.**

12. Annuntiavi aliis, justitiam esse tuam, id est, quod a te est justitia. Et hoc feci in ecclesia magna . . . Et hoc est, ecce non prohibebo labia mea loqui . . . o domine, tu scisti, id est, tu es testis, quod timor non prohibet loqui. **P. L.**

13. *Justitiam tuam,* id est, fidem confessus sum, non celato timore . . . sed veritatem tuam, id est, promissorum exhibitionem, et salutare tuum, id est, salvationem tuam dixi. **P. S.**

14. Non abscondi misericordiam tuam, qua ipse peccata dimittit. Et veritatem tuam, qua ipse retribuit praemia *a concilio multo,* id est, propter multos conciliantes **P. L.**

15. Noli removere misericordias tuas a sauciis membris tuis . . . Misericordia tua et veritas susceperunt me, id est, amor et timor perducunt me ad te. **P. L.**

16. *Quoniam circumdederunt me mala,* id est, peccata, quorum non est numerus . . . Et comprehenderunt me ipso actu iniquitates meae, quibus pressus oculus non potest videre . . . Et non potui facere subaudi . . . ut nec per conatum possem te videre. **P. L.**

17. *Multiplicatae sunt super capillos capitis mei,* id est, innumerabiliter . . . *et cor meum,* id est, ratio dereliquit me, quia profutura non appetit. **P. L.**

18. Domine *complaceat* id est, communiter placeat Trinitati tibi uni Deo . . . Complaceat dico, ut eruas me a malis. Domine, ad adjuvandum me respice in boni cooperatione . . . Respectus autem dei auxilium nostrum est. **P. L.**

19. Ut confusibiles recognoscant . . . et extimescant peccata sua. **Beda.**

20. . . . id est humiles sequantur qui superbe peribant. **P. L.**

21. Ferant, ut pondus immensus confusionem suam confestim, ne diutius ingravetur malum eorum, qui dicunt mihi adulatorie: euge, euge, id est, qui applaudunt mihi quasi bono animo . . . bona dicit malo animo . . . mala dicit dolose laudando. **P. L.**

22. Exsultent et laetentur super te fundati omnes quaerentes te, scilicet non me, sed in me te glorificantes, et dicant: magnificetur dominus . . . qui diligunt salutare tuum, id est, me. **P. L.**

23. Hoc dicant semper de te: *magnificetur dominus,* de se autem hoc dicant: *ego autem mendicus et pauper,* id est, non est, quod in me laudetur . . . Mendicus est, qui ab alio petit, et pauper, qui sibi non sufficit; sed *dominus sollicitus est mei,* id est, habet curam mei. **P. L.**

24. *Deus meus ne tardaveris,* id est, fac, ne diu simus in malis, sed cito fini. **P. L.**

Psalm LI.

1. Qui potens es in iniquitate, quod minimum est, quid gloriaris in malitia, quasi dicat, in bono gloriandum est, quod magnum est. Quae vero sit iniquitas, haec exponit subdens: **P. L.**

2. Meditatio mali est in lingua, quia non ante cogitat quam loquatur . . . Fecisti dolum sicut novacula acuta, quae dum promittit innovationem, incidit . . . suis promittit beatitudinem, et occidit. **P. L.**

3. Non deserit malum qui diligit . . . quia et si benignitas quandoque tangit animum ejus, refugit. Et nota, quod ait, dilexisti malitiam super benignitatem . . . Dilexisti etiam loqui iniquitatem magis quam aequitatem, quasi nec mala tegis verbis decoris, sed **P. L.**

4. Dilexisti omnia verba praecipitationis . . . cadis inferius . . . ruis in profundum . . . tu, qui es lingua dolosa, id est, linguosus et dolosus. **P. L.**

5. Haec dilexisti, propterea deus destruet te in finem, et si non modo, quia prius evellet te, id est, dignitatem auferet; et post, emigrabit, id est, faciet te transferre de tabernaculo tuo, id est de hac vana gloria, in qua ad tempus es . . . Et radicem tuam evellet de terra viventium, id est, de beatitudine sanctorum. Radix nostra charitas est . . . vel radix mali est cupiditas. **P. L.**

6. Justi . . . vident nunc, quid malis eventurum sit in finem; et timebunt, id est, timent sibi, ne ipsi cadant, et in futuro super eum ridebunt, id est, irrisione dignum indicabunt . . . Et dicent: Ecce homo, qui non posuit deum adjutorem suum, sed se deum fecit, quasi dicat, non speravit in domino. **P. L.**

7. Non quia habet divitias, sed quia in ipsis speravit, et in deo non speravit, ideo damnatur, ideo punitur. Quid enim vanius eo, qui putat, plus valere nummum quam deum? **Aug.**

8. Quid dicat: Mali sperant in divitiis, ego autem, dicit populus fidelis, qui sum in domo dei, id est, ecclesia, sicut oliva, quae hieme et aestate viret . . . sic sancti viri neque in prosperis neque in adversis amittunt virtutum decorem. **P. L.**

Sicut oliva fructifera in pinguetudine charitatis et fructificatione bonorum operum. Speravi non in divitiis, sive honoribus, sed in misericordia dei. **Rufinus.**

Misericordia dei dico, duratura in aeternum . . . non ad terrena adipiscenda, sed ad ea, quae sunt in aeternum, et in saeculum saeculi, id est, aeterna. **P. L.**

9. Laudabo te in saeculum, quia fecisti praedicta, scilicet quod sum oliva, quod speravi in misericordia dei in aeternum, et exspectabo nomen tuum, id est, rem nominis tui, quod est Jesus [id est salvatorem, **Rufinus**] scilicet quod tunc salvabor. Ideo exspectabo nomen tuum quoniam bonum est. Jucundum est nomen, sed non nisi gustanti, amarum vero est saeculum. Dico bonum est, sed in conspectu sanctorum tuorum tantum, non in conspectu impiorum, qui non gustant amando. **P. L.**

Psalm XC.

1. Qui habitat in adjutorio, non suo, sed altissimi, id est, qui totam spem non in se, sed in deo semper constituit . . . ut nec illecebra male blandientis voluptatis capiatur, nec timore adversitatis frangatur. **P. L.**

2. Deus meus est refugium meum, non quaerit aliud auxilium contra tempestates saeculi . . . Quasi dicat: quia susceptor et refugium, ideo sperabo in eum **P. L.**

3. Venatores isti sunt diabolus et angeli ejus, qui semper quasi venando hominem insequuntur, ut capiant . . . Nam suggerit ei amorem et cupiditatem rerum temporalium . . . A quo verbo aspero liberat deus suos, dans eis fortitudinem, ut neque blanditiis cedant, neque minis. **Remigius.**

Insultatio ergo et detractio infidelium verbum asperum est. **P. L.**

4. Obumbraculum protectionis praestabit, id est, ante pectus suum te ponet, ut alis protegat . . . nihil timeas, nisi

inde exieris . . . sub pennis ejus vel alis sperabis . . . Et dicitur hic a simili gallinae, quae pullos sub alis protegit contra milvum. **P. L.**

5. Veritas, id est, completio praeceptorum ejus erit in te, id est, muniet te in tuis ut scutum. **Beda.**

6 u. 7. *A sagitta volante in die* . . . Sunt alii bene scientes, quia intelligunt, promissiones dei non esse de hac terra et omnia terrena esse contemnenda et coelestia appetenda. **Beda.**

Qui tales tentantur *a negotio perambulante in tenebris* vel cum persecutor adeo instat haec scientibus, quae tentatio est a daemonio meridiano. Ab incurrente daemonio meridiano non timebit, id est, a gravi et aperta tentatione, sicut est, cum adeo fervet aestus persecutionis, unde multi cedunt . . . qui nesciunt Christiani esse, spernere praesentia et quaerere futura . . . . de quibus dicit: Sunt autem multi qui putant, se judicaturos cum domino, et multo plures qui putant, se collocandos a dextris tunc salvandos. Sed quia de se praesumunt, non habentes in alto radicem charitatis defixam, decidunt a cogitationibus suis, et quia pauciores sunt, qui putant se judicaturos, et plures, qui putant se salvandos, cum tamen non sint, ideo ibi mille, hic decem millia ponit. Et est sensus: O Christe, mille cadent a latere tuo, qui omnia reliquerunt, et decem millia a dextris tuis, id est, pauciores, qui praesumunt de se, tecum judicaturos, et plures, qui praesumunt, se a dextris tuis futuros; cadent per daemonium meridianum, id est, per gravem aestum tribulationis. Ad te autem, o Christe, non appropinquabit daemonium. **P. L.**

8. Considera oculis tuis, oculis fidei, et videbis retributionem peccatoris in fine . . . Non est leve, videre impium florentem in hoc saeculo, et habere ad illum oculos, ut consideres fide, quod ille passurus est in fine. **Aug.**

9. Pro altissimis et occultis . . . mihi ostendisti ad te refugiendum. **P. L.**

10. Tabernaculum dei caro est. **Aug.**

11. Pater mandavit, id est, hoc praeceptum angelis suis de te fecit, ut custodiant te et tuos in omnibus viis, id est, in omnibus operibus tuis et tuorum. **Beda.**

12 . . . ut pedes capitis non offendant in lapidem. **P. L.**

13. Basiliscus graece, latine interpretatur regulus eo, quod rex serpentium sit, adeo, ut eum videntes fugiant, quia olfactu suo eos necat. Nam et hominem si vel aspiciat interimit. Siquidem ad ejus aspectum nulla avis volans illaesa transit, sed quam procul sit ejus ore combusta devoratur. A mustelis tamen vincitur . . . Est autem albis maculis linea-

tus ... Aspis hoc est, inspirationes diaboli vel daemonum ... Aspis est, dum occulte perimit. Basiliscus, cum palam venena disseminat. Basiliscus autem diabolum significat, qui nequiciae suae veneno palam interficit incautos: sed idem superatur cum ceteris noxiis animantibus a milite Christi spem suam totam in ipso ponente, cujus virtus omnes adversarias potestates superat et conculcat. **Hrabanus Maurus** (de universo, lib. VIII ed. Coloniae 1626, pag. 134).

14. Freie Benutzung von **Cass.**

15. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum de saeculo et glorificabo eum in caelo. **P. L.**

16. *Longitudine dierum,* id est, vita aeterna replebo eum, quia sufficit, quod habebit, et ostendam illi, per speciem non per fidem, salutare meum, id est, Christum in majestate. Haec visio est tota merces. **P. L.**

Psalm XCIX.

1. Jam jubilat domino universa terra. **Aug.**

Jubilatio autem vera fit voce et corde ... Servite domino, non necessitate sed charitate, in laetitia, von murmurantes. **P. L.**

2. In conscientia exsultate ubi deus videt, foris lingua exsultare facile est. **P. L.**

Multo difficilius, multo praestantius est ante tanti judicis gaudere conspectum .... quando superbis omnibus probatur esse terribilis. **Cass.**

3. In capite versus hujus contra perfidiam loquitur Judaeorum, qui dominum salvatorem non putando deum in creatorem suum manus injicere praesumpserunt ... Intelligite quod iste dominus ipse est deus, qui fecit coelum et terram qui nos quoque plasmavit. **Cass.**

4. Reportat in humeris suis redemtam sanguine suo. Securus mortuus est pastor pro ove .... In portis initium est, a confessione incipite ... In portis confitemini, et in atria cum intraveritis, confitimini in hymnis. Hymni laudes sunt. **Aug.**

5. Laudate nomen ejus: nunc et in futuro, quia dum laudatur, dulcescit. In aeternum misericordia ejus, quia in futuro coronat, et usque in generatione et generationem .... vel in terrena generatione et coelesti ... est veritas ejus, implens promissa. **P. L.**

Psalm CXXIX.

1. Ita et iste de hac vita mortali clamat, quae est nobis profundum ... Valde enim in profundo sunt, qui nec clamant. **P. L.**

2. Precibus deum placeat, ut clementer audiat. Deinde ostendens, de quo profundo clamet, ait: **P. L.**

3. Si iniquitatem vel iniquitates observaveris, id est, ad vindictam aeternam servaveris, domine, quis sustinebit te judicem? Nullus; . . . quia prope omnis vita peccatis suis circumlatratur . . . . Praesumat ergo de dei misericordia. **P. L.**

4. In hoc mihi est spes . . . scilicet sacrificium, quod pro nobis oblatum est . . . nam si judex solum esse velles, et misericors esse nolles, omnes iniquitates observares. Et quis ante te staret in judicio tuo? . . . Sustinui te domine, scilicet propter legem misericordiae et charitatis, quae vivificat . . . exspectans, quando venias et liberes. **P. L.**

5. Securi ergo speremus in ejus verbum, quod fallere non potest. **P. L.**

6. Quae spes fuerit incipiens a custodia matutina . . . id est, a principio sanctitatis meae et ita perseverabit usque ad noctem, id est, ad mortem. **Remigius.**

7. Scilicet sanguis pretiosus, qui totius mundi peccata redemit. **P. L.**

8. Israel omnes sancti . . . Unde redimet? Ab illa iniquitate. **Aug.**

Psalm CL.

1. . . . hic psalmus, in quo intenditur, ut laudetur deus, quia congregavit sanctos, et deposita fragilitate suae imagini restituit et jam conformes gloriae suae in beatitudine locavit. Hic ergo agitur de laude dei in sanctis ejus, qui glorificati sine fine laudant. Monetur enim civitas dei, scilicet unitas omnium sanctorum, ore et animo canere. In hoc culmen divinae laudis omnis psalmodia perducitur, quae laus hic nuptiali dulcedine decantatur. Quibus ergo propheta in principio libri hujus recte conversationis formam ostendit, jam in illa coelesti Jerusalem receptis dicit in eis laudandum esse deum, quia omnia eis dedit, sic incipiens: Laudate dominum in sanctis ejus, laudate eum in firmamente virtutis ejus, id est, quia morte sua diabolum superavit . . . quia sanctos ita firmavit sua virtute, ut amplius non moriantur. **P. L.**

2. Potentatus enim dei, quem fecit in eis, dicitur, quod regnant cum illo in aeternum; et ipsi sancti sunt multitudo magnitudinis ejus. . . . quia eos magnos fecit et tam multos . . . Idem ipsi sancti sunt in omnibus musicis instrumentis significati, quae ponit pro significantia divinae laudis, id est, ut significent ea, pro quibus laudare debent et quomodo. Et a tuba incipit, dicens: **P. L.**

3. *Laudate eum in sono tubae,* id est propter excellentissimam laudis claritatem quae in vobis est; *laudate eum in psalterio et cithara* id est, de coelestibus et terrestribus, tanquam eum, qui fecit coelum et terram. **P. L.**

4. *Laudate eum in tympano,* id est, in carne mutata, quae est sine omni corruptione. Tympanum enim fit de corio siccato. *Et choro,* id est, in pacata societate. *Et laudate eum in chordis* id est, in carne jam corruptione liberata. Chordas ponit pro instrumento musico, quod chordarum tensione sonat . . . . Chordae . . . quibus addit organum . . . organum est quasi turris fistulis diversis fabricata . . . non ut singuli sonent, sed ut diversitate concordissima consonent, sicut fit in organo. Habebunt enim sancti tunc differentias suas consonantes, non dissonantes, id est, consentientes sicut et diversis vocibus, sed non adversis fit cantus suavis. **P. L.**

5. Cymbala bene sonantia labia nostra sunt, quae cordi concinna in laudibus dei bene sonant. Et ne putes esse cymbala ista sine anima, addit: *Laudate eum in cymbalis jubilationis,* id est, in labiis jubilum intus conceptum extra monstrantibus . . . est enim jubilatio ineffabilis laus, quae non nisi ab anima proficiscitur. Et quia omnia spiritualiter intelligi vult, apto fine concludit, *omnis spiritus* id est, angelicus et humanus laudet dominum, qui non nisi spiritualiter laudandus est. Non caro et sanguis, quae non possidebunt regnum dei, non ambitus saeculi; sed quod est in natura rerum sublimius, ad laudem monetur, quod scilicet coelestia sapit, aeterna capit, scilicet spiritus brevis et perfecta scientia de modo divinae laudis in hoc psalmo docetur, scilicet ut deum spiritualiter omnia laudent. In his totius musicae perfectio est. Etenim flatus in tuba, vox in choro. Quibus musicis instrumentis significatur spiritualis harmonia, quae non auribus, sed pura mente advertitur . . . Omnis spiritus laudet dominum. **P. L.**

Nunmehr will ich noch zu einigen einzelnen Versen, die der Herausgeber Bramley in der Vorrede anführt, die Quelle angeben, teils, um die Art und Weise, wie Richard seine Vorlagen benutzt, weiter zu veranschaulichen, teils um zu zeigen, in wieweit wir seine Bemerkungen als sein Eigentum zu betrachten haben.

Vorrede, pag. XII. Ps. 21, 29. Et *universae familiae gentium,* id est, de omnibus familiis et de omnibus finibus

aliqui adorabunt in conspectu ejus, id est, in conscientiis suis, ubi adoratores veri adorant patrem. Vel adorabunt in conspectu ejus, id est, in intellectu fide adorabunt, per quam deum conspiciunt, quia conspectus dei non est nisi super fidem. P. L.

Ps. 54, 10 ebenso im lateinischen Commentare Richards. Desgl. Ps. 82, 11.

Ps. 82, 12 Deus meus, pone illos ut rotam, id est, non sint stabiles in eo quod cogitant . . . . ex terrenis, in quibus crescunt, exsultantur... Et animo cadant ab aeternis, et pone illos sicut stipulam ante faciem venti, id est, ante praesentiam tentationis, ut cedant omnibus motibus pravae suggestionis. P. L.

Ps. 82, 13. Sicut ignis . . . in justitia ultimae vindictae . . . sicut ignis comburit silvam; malos dicit silvam, quia steriles sunt a justitia, et eosdem dicit montes, qui pleni sunt superbia, sicut flamma comburens montes. P. L.

Ps. 82, 14. Ebenso bei Richard im lateinischen Commentar.

Ps. 115, 6. Non schismaticus sum, sed doctrinae ecclesiae per omnia obediens, quae est ancilla dum servit, quod totum per te est, quia tu, non mea merita. P. L.

Ps. 76, 20. Ebenso in Richards lateinischem Commentar.

Ps. 146, 3. Qui sanat contritos corde, id est, eos, qui offerunt deo sacrificium spritus contribulati . . . sed in futuro perfecta erit sanitas . . Modo vero, ut medicus fracturas alligat . . . quod tortum est . . . Alligamenta autem dei sunt temporalia sacramenta, quibus interim consolationem habemus, quae tunc detrahentur, cum erit perfecta sanitas. P. L.

Vorrede pag. XIII. Ps. 77, 16. Et statuit aquas quasi clausas in utre . . ut peccatis omnibus deletis populus fidelis trajiciatur ad terram promissionis per baptismum. P. L.

Ps. 135, 14: Sic etiam reducit innovatum populum per lavacra regenerationis. P. L.

Ps. 135, 15. Ita interimit peccata suorum per baptismum. P. L. Diese beiden Verse sind im lateinischen Commentar Richards anders erklärt.

Ps. 84, 12. Veritas de terra orta est, id est, confessio de homine peccatore nata est, ut se accuset . . . Et sic justitia de coelo coelorum prospexit sicut publicanus confitens rediit justificatus. P. L.

Ps. 93, 18. Ecce quomodo confessionem amat deus, confitere motum et evadis. P. L.

Ps. 21, 26. Exaudivit, et ideo apud te est laus mea, id est, laudabo te. Et hoc in ecclesia magna, id est, in toto orbe. Quomodo erit laus? Ecce vota mea, id est, sacrificium cordis et sanguinis mei, quod Christus obtulit deo . . . reddam in

conspectu timentium eum, ut intelligant, et verum esse corpus, et per illud se salvari. P. L.

